

Mythologia, Francfort, 1581 - I, 17 : De victimis

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre I

Ce document est une version augmentée de :
[Mythologia, Venise, 1567 - I, 15 : De victimis](#)

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre I

[Mythologie, Paris, 1627 - I, 17 : Des Offrandes](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre I

[Mythologie, Lyon, 1612 - I, 17 : Des offrandes](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia*Francfort, 1581 - I, 17 : De victimis, 1581

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 01/12/2025 sur la plate-forme EMAN :
<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/5901>

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581

ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 60-63

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière
modification le 25/11/2024

paucis absolvam) ut ita aduentum Deorum per hæc læticiam ubique præ se ferentibus præpararent, eorumque laudes & res gestas ad aras canerent, & beneficia quæ in homines contulissent, commemorarent: deinde præcarentur ut faciles, benigni, felicesque accederent ad illa sacrificia quæ sibi fieret. atque tot breuiter de hymnis dicta sunt: nunc verba faciamus de victimis.

De Victimis. CAP. XVII.

ERAT præterea non parua diligentia in eligendis victimis in singulorum Deorum sacrificia: cum aliæ Deis bonis ut prodesse, aliæ malis ne obessent, caderentur. Nam malis nigrae, bonis albæ conueniebant: sterilibus steriles, fertilibus prægnantes: maribus mates, foeminis foeminae. ut Telluri prægnas iuuenca mactabatur, Proserpinæ sterilis, Cereri non mare suæ, sed foemina res sacra fiebat: at Baccho non capra, sed hircus mactabatur. Præterea victimæ ob aliquam similitudinem aliquando mactabantur, ut equus Soli ob celeritatem, ut est apud Ovid. lib. I. Fastorum:

*Placat equo Perses radijs Hyperionæ cinclum,
Ne detur celeri Vittima tarda Deo.*

Cereri verò primitias frugum offerri mos fuit, sicuti testatur Philippus in his carminibus:

*ἀργυροτά τειχόρευ μικροῦ λακός, ὃ φιλόπυρος
ἀνοῖ, χωρικλῆς οἷαν ἀρουροπέρας.*

*Alma Ceres paruo, ut potuit, de rure maniplos
Hos tibi Sossiclees dedit agricolæ.*

In eiusdem Dææ sacrificiis præterea aliquando porca offerebatur ac cadebatur, quod esset id animal inuentis ipsius Dææ infestum, ut ait idem Ovid.

*Prima Ceres auida gausa est sanguine porca,
Vltæ suas merita eadē nocentis opes.*

Sic Bacchus, quia caper infestum sit animal suis inuētis, eius cæde lætari creditus est, ut ait Virg. lib. 2. Georg.

*Non altam ob culpam Baccho caper omnibus aris
Caditur.*

At verò Marti furibundo taurus ferox animal immolari solitus est, & Apollini, cum ob nimium calorem excitaret pestem, & frementum Neptuno, & implacabili Plutoni. quare ita inquit Virg. lib. 6.

Sic fatus, meritos aris mactauit honores,

Tan-

*Tantum Neptuno, tantum tibi pulcher Apello:
Tum Regi Stygio nocturnas inchoat aras,
Et solida imponit taurorum viscera flammis.*

Ioui vetò nefas erat taurum immolari rerum omnium moderatori, siue furebundum aliud animal: quia rerum omnium gubernatorem minimè omnium furebundum, aut ferum esse convenit, sed omnem suam præstantiam in consilio & humanitate & prudentia collocatam esse putare. Est enim Imperatorum humanitas & liberalitas munus, & in rebus administrandis prudentia: quorum siquid defecerit, quo pacto vel maiorum nobilitas, vel opes amplissimæ, vel alia omnia quæ sunt extra animum possint aliquem à vulgo sccernere, non video: nisi dicamus sylvestres arbores, quæ plurimum finum circa se habuerint, esse cæteris nobiliores, non quæ melioris succi fructus & mollioris produxerint. Putabatur igitur piaculum committi si quis taurum Ioui mactasset. mactabatur tamen bos arator aliquando ut Dodonæo, ut patet ex oratione Demosthenis in Midiam. Homerus in Iliade lib. 7. suam cicurem immolari facit Ioui & Soli, quod animal fanè non immite est, neque ferum. sic autem inquit:

καὶ πρὶν ἵππι μάλιστα τὰ μὲν αὖτ' ἡλίῳ τι.

Mactandumq; suam Soli, Ioui, superbo Præpetet.

Sic & Theocr. in paruo Herc.

πρὶν δ' ἐπιβόηαι καὶ θυπτοῖσιν ἄρσενος χοῖρον.

Atque marem mactare Iouis decet è grege porcum.

Lucianus in dialogo Ganymedis ait arietem Ioui etiam immolari solitum. Hom. alibi Soli; & Telluri, & Ioui agnos obtulit in sacrificiis, cum ita inquit:

εἰσὶν τι δ' ἄρ' ἔτι τοι λαοὶ, ἵτ' ἐπεὶ δὲ μάλιστα

γῆτι καὶ ἡλίῳ αἰὶ δ' ἡμῶν οἰομένοισιν.

Ferte agnum nuncium, & nigræ portabitis agnæ

Telluri, Solique: Ioui portabitis ipsi.

Mactabantur tamen aliquando Libero patri cum Apolline, & Cereri, & Iunoni iuvenæ iuuges, ut est apud Virg. lib. 4. *Æneidos*,

mactant lectas de more bidentes

Legifera Cereri, Phæboque patriq; Lyæo,

Iuveni ante omnes, cui vincula iugalia cure,

Illud non est visum silentio prætermittendum, quòd in rebus

firmis ac stabilibus funtibus crescentes victimas adhibebant, at in parum firmis senescentes, quare ait Virg. lib. 12.

*Setigera factum fuit, antoniamque bidentem
Attulit.*

Dianæ cerna immolari solebat, ut ait Ouid. lib. 1. Fastorum,

*Qua semel est triplici pro Virgine casa Diana,
Nunc quoque pro nulla Virgine cerna cadit.*

Fauno capra credebatur, ut idem ait lib. 2.

Capripedi Fauno casa de more capella.

quamvis aliquando res sacra illi fiebat agna vel hircus, ut ait Horatius lib. primo carminum:

*Nunc & in sordosis Fauno decet immolare lucis,
Seu poscat agnam, siue malis hircum.*

Termino Deo apud Romanos frugibus in ignem iactis, & fauis, & vino, & agno litabatur, ut ait Ouid. in 2. lib. Fast.

*Inde ubi ter fruges medros immisit in ignes,
Porrigit incisos filia parua fanos,
Vina tenent alii, libantur singula flammis,
spectant, & linguis candida turba fauent.*

Spargitur & caeso communis Terminus agno.

Nymphis verò lac & mulsum conveniebant, variæque sacrificiorum genera Diis variis offerebantur, ut suo loco pertractabitur cum de singulis agemus. atque sacrificia vel ab iis fiebant qui ab aliquo morbo convalescent, vel ob commissum piaculum, quæ victimæ animales vocabantur. Aliæ mactabantur consultandi gratia, quæ vocabantur Consultatoriae. in his cæsis hepatis & libranum situs ab aruspibus diligenter observabatur, ex quibus Deorum voluntatem prædicebant: nam pluribus de causis antiqui Diis sacrificarunt nunc, ubi gratias agerent: nunc, ubi aliquid peterent: nunc ubi iratos placarent: nunc autem honoris gratia tantum, ubi illos colerent. Fuerunt autem multi diuinandi modi: aut ab aspectu avi, unde erant auspicia, aut à cibo, unde solistimium ac tripudium: à garritu auguria, à cætu oscinæ, à volatu præterea vel dextero vel sinistro, ab afflatu diuino vaticinia, à fulgurum observatione, astrorumque peritia, ut ait Virg. lib. 3. Æneid.

*Troingenæ interpret diuina, qui numina Phœbi,
Qui tripedas, Claris lauros, qui sidera sentis:
Et volucrum linguas, & præpeti omnia pennæ.*

Sic

Sic Ouid. primo Tristium:

*Huc mihi non solum fibra, tonitruū de sinistri,
Lingua de seruaata, penna de dixit aui.*

Diuinabant præterea insipientes ignem, vel aquam, vel terrā, & visis ostentis, aut prodigiis, portentis, monstris, somniis, aliisque huiusmodi signis: luuinabant etiā vates, qualis fuit Amphiarans, vnde Iophon Gnosius oracula vatum multa carminibus complexus est. Qui consulendi causa ad templum accedebant, omnes prius lustrabantur, deinde arietes immolabant, quorum substratis pellibus dormientes nocturna visa expectabāt, de quibus sit mētio à Pausan Atticis rebus, & à Virg. lib. 7.

*Hinc Itala gentes omniūq; O Enotria tellus
In dubijs responsa petunt. huc dona sacerdos
Contulit, & casarum enim sub nocte silenti
Pellibus incubuit stratis. somnūque petiuit.
Multa modis simulacra videt. Valut antia miris:
Et varias audit voces, fruiturq; Deorum
Colloquio.*

Hæc ubi contigissent, opus esse deos placare per sacrificia crediderunt, aut eorum voluntatem inquirere. Ac de sacrificiorum ritibus & observationibus & victimis satis, nunc reliqua prosequamur.

Quid quales Dī, talia fuerunt postea Vota & preces.
Cap. X V I I I.

POterat hæc tam varia, tamque diligens sacrificiorum ratio quæ superius ex oraculi responsis variis temporibus editis traucta est, homines fortasse compellere ad credendum aliquid subesse diuinitatis in ipsis Diis, si vnā cum puritate hostiarum quæ mactabantur, animi potius, quam corporis sordes expurgandas esse sacrificantium idem iussisset, atque pro munditie corporis, animi integritas, & fides, & temperantia requisita fuisset. Nam qui tam diligenter tradidisset qui ritus essent seruandi in sacrificiis singulorum Deorum, & quæ victimæ immolande; quo pacto potuit sine obliuionis aut autæ note illud prætermittere quoderat magis Dei proprium, homines admonere scilicet, quod Deus terè solum animis spectat sacrificantiū, cum reliqua terrestria munera parui faciat, nisi fortè parasiti & belluonis dæmonis nō sit frequētibz hostiarum, rerūque super altaribus vstarum nidotibus